



## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Sect. II. Nascentis Christi adumbrationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)



erat natus, qui sentiret occasum; datus, qui nesciret exordium. Natus, qui & matre esset junior; datus, quo nec Pater esset antiquior. Natus qui moreretur; datus, ex quo nasceretur. Atque sic qui erat, datus est; qui non erat, natus est. illic dominatur, hic humiliatur; sibi regnat, & mihi militat.

*Idem c. 52. v. 10.*  
*Ibid. v. 6.*  
*Idem c. 65. v. 25.*  
 Sed Isaias, quem dixi, de eodem Domini IESU natali vaticinatus, Paravit Dominus, inquit, brachium sanctum suum, & videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri. Adjungit Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Adsum facile adeundus ab omnibus, adsum linteolis involutus, adsum inter pecudes in gramineo toro rependiendus. ecce aurea nunc tempora. Lupus & agnus pascuntur simul, & leo & bos comedent paleas.

*Aggæi c. 2. v. 7. & 8.*  
*Idem c. 2. v. 7. & 8.*  
 Illiæ accedunt Aggæus & Baruch Prophetæ. Aggæus, Adhuc, inquit, unum modicum est, & ego commovebo caelum & terram, & mare & arida, & movebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus. Baruch autem divinum hunc infantem velut digito monstrans, illic est, ait, Deus noster, & non asimulabitur alius adversus eum. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est. Bernardus hoc ætatis dictum (visus est in terris) suaviter expendens: Ut invisibilis, inquit, videretur a nobis; ut immortalis moreretur pro nobis, Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Habitavit hoc Verbum in nobis adumbratum carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis: Verbum in carne, Sol in nube, mel in cera, lumen in testâ, cereus in lucernâ, sustinuit in assumptâ carne incommoda nostra, & hoc totum non propter se, sed propter nos; ut redderet nos incolumes de infirmis, coheredes de extraneis, liberos de servis.

§. II. Nascetis Christi adumbrationes.

**Q**uadragesima diebus Moyses intransit & incensus suavitissimè cum Deo egit in fastigio montis Sinai. E monte ab hoc colloquio digressus, radiantem vultum retulit. Ne autem hic vultus splendor Israelis plebem à suo colloquio arceret, faciem velo contextit.

En in stabulo faciem Dei velatam tarnis velo, quod eo factum, ut in terrâ cum hominibus amantissimè posset colloqui & agere. Hic ille est verè, Iob teste, Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Qui in manibus abscondit lucem, & præcipit ei ut rursus adveniat.

Ad nasciturum Christum ingens ab ore condito desiderium agebat homines sanctos, dum desideratus & promissus adveniret ipse. Clamor omnium piorum omnibus retrò sæculis fuit: Rorate celi desuper, & nubes pluant justum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem, & justitia oriatur simul. Dulcissimi roris istius stilla ad Abrahamum etiam pervenit. Quod Christus asserens, Abraham, inquit, pater vester exultavit, ut videret diem meum, & vidit, & gavisus est. Rorare tunc coeperat caelum per promissiones, sed nondum pluere, quia promissiones nondum impletæ. Vnde ob nimiam, ut videbatur, tanti boni dilationem perpetuus pæne clamor in caelum ferebatur: Obsecro, Domine, mitte quem missurus es.

Illud de Salomone dictum, Christo congruit: Omnes reges terrarum desiderabam videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde ejus.

Verè desiderium & expectatio gentium Christus. Nam est: gentes idololatræ illum nec noscent nec desiderarent, ipse tamen in se summè fuerat, estque desiderabilis. Hinc omnes ipsius adventu quàm maximè egebant, uti terra hians & arida, eget rore ac pluvîâ.

Salomonis parens rex David, cum Philisthæos bello peteret, & in castris ob exercitationem bellicam vehementer admodum sitiret, exclamavit: O si quis mihi subministraret frigidam de fonte, qui est ad portas Bethlehem! Regiam vocem tres strenui milites

exceperunt, qui periculis contemptis attulerunt aquam. Sed David libans eam Domino, effudit, domuitque sitim illustri suimet victoriâ, prius seipsum quàm Philisthæos triumphans. Fons cælestibus aquis scaturiens, secunda Virgo, Dei Mater est; Aqua viva ex fonte hoc Christus Dominus. Sed Judæi hanc aquam effuderunt, quod Christus ipse queritur. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Hanc aquam subministrabunt tres robustissimi, seu triplex patendi ardor, pro Christo, pro aliorum bono, pro cælesti præmio.

§. III. Aliæ Nascetis Christi figura.

**A**vda hominum genus moliebatur olim turrim nubibus certantem educere, atque ut ea structura tantò feliciùs surgeret, sese invicem hortati, Venite, inquebant, faciamus nobis civitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum, & celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras. Tunc Deus velut communicato cum Angelis consilio, Venite, inquit, descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Hanc turrim ædificare, est contra Deum se erigere, ac superbire. Istius turris Lucifer primum locavit lapidem, & turris altitudinem definivit, cum diceret: Similis ero Altissimo. Infelix architectus hoc ædificium nec ipse finit, nec ullus finit post ipsum. Dei Filius, ut aëreas has fabricas impediret & sterneret, è caelo in terram descendit, linguas hominum confusus. Vitatum itaque loquendi morem immutavit. Iam divitiæ paupertatis, voluntaria paupertas & penuria, divitiarum habent nomen; Mors homini, somnus mortis, afflictio consolationis, carcer libertatis, humanitas summæ dignitatis, mundi sapientia grandis stultitiæ, ignominia pro Christo tolerata verè gloriæ nomèn acquisivit. Felicitissimè confusa sunt hæc idiomata, proxima est superbæ turris ruina.

Fatali nocte illâ, quâ terrificus Angelus Ægyptum funeribus implendam sibi sumperat, omne primogenitum tam inter homines quàm pecudes jugulavit, immensâ utrinque strage. Verbum æternum, quod mans in terrâ, caelum attingebat, cum Ægyptum non ad ingrederetur nascendo, omne Ægyptium mundum primogenitum peremit. In primogenitis à mundo censetur Plutus, Voluptas, Honos: diaboli primores liberi, Peccatum & Mors. Felix Israëlæ populus, felices Christi amatores, quorum bono tot Ægypti vitæ sterneruntur. Iam Peccatum & Mortem vincere, jam Voluptatem, Plutum, Honorem triumphare, non est difficile volenti.

Rex Nabuchodonosor in quiete vidit grandem statuam è metallis variis constatam. Hanc lapillus è monte sine manibus præcisus, secundum fidiles terreoque pedes tetigit, & totam contrivit. Dominus IESUS è Virgine natus, primum fecit impetum in superbam mundi statuam, & quod antea pretiosum erat, opes, potentiam, honorem, gloriam, voluptates, solo æquavit. Ab eo tempore sunt qui opes spernant, honores & voluptates avertentur, malintque cum Christo paupere ac contempto, contempti esse ac pauperes, quàm inter sidera collocari. Turris Babel fabrica jacet turbata, Dei Filius descendit in terram, hominum linguæ sunt confusæ, Virginitas ad id temporis ignota, honoratur, paupertas semper exalta, in pretio est.

§. IV. Imago Christi Nascituri, Ionæ Prophetæ.

**P**recepit Deus Ionæ, Ninivem contenderet, & penitentiam in eâ proclamaret. At Ionas, ut domini iussa declinaret, mari se commisit, ut in Tharlis traplmitteret. Dum navigat, ingens oritur tempestas, & excandescens mare fervet atque exstuat. Hic Ionas

Moyfes à colloquio Dei digrediens faciem suam velo contextit, Exod. c. 34. v. 33.  
 Sic Deus in stabulo velavit faciem carnis velo. Iob c. 6. v. 7. & c. 36. v. 32.  
 Isa. c. 45. v. 8.  
 Iam. c. 8. v. 56.  
 Exod. c. 4. v. 13.  
 Salomon. 2. Paral. c. 9. v. 23.  
 Gen. c. 46. v. 10.  
 Egere, est tacidè desiderare id quod egestatem levat. 2. Re. c. 23. v. 15.

Exod. c. 34. v. 33.  
 Iob c. 6. v. 7. & c. 36. v. 32.  
 Isa. c. 45. v. 8.  
 Iam. c. 8. v. 56.  
 Exod. c. 4. v. 13.  
 2. Paral. c. 9. v. 23.  
 Gen. c. 46. v. 10.  
 2. Re. c. 23. v. 15.  
 Exod. c. 34. v. 33.  
 Iob c. 6. v. 7. & c. 36. v. 32.  
 Isa. c. 45. v. 8.  
 Iam. c. 8. v. 56.  
 Exod. c. 4. v. 13.  
 2. Paral. c. 9. v. 23.  
 Gen. c. 46. v. 10.  
 2. Re. c. 23. v. 15.